



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis**

**Vestri, Ottaviano**

**Coloniae Agrippinae, 1597**

**VD16 V 940**

De testibus & eorum inductione, iuramento atq[ue] examine in Roma. Cur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

paucas videbis fallentias, (quas nostri vacant) quod exemplum probat, quando illud ab eodemmet notario exscriptum, recognitum ve fuit, qui exemplar scripsit, ita Bart. in d. auth. si quis in aliquo, cuius opinio vsu recepta est, & communis etiam, teste 1. sone, eò loci, numero 3. Nicolaus Antonius Granatius.

Com. opi.

Com. opi.

Item etiam.) Ias. legas multa cumulatem in l. 1. §. 2. ad conditiones, num. 11. cum seq. ff. de eden. & in l. 1. nu. 8. ff. quod quisque iur. pleraque etiam in medium exempla afferentem eorum qui inualido vtuntur instrumento, aliquòue scripto, vtputa, si tabellio tunc monachus fecisset, nam ab eo instrumentum non valeret. per c. sicut, ne cler. vel mon. si tamen ipsi dicti inualidi instrumenti vigore obtinuissent, non vtique deinde in alia ipsius monachi instrumenta opponere possent, sic & qui in mure gerendo quempiam approbauere, ne utquam postea illum improbare valent, multaque & alia in dictis locis exempla subnectit Ias. apud quem legere poteris: Nico. Anto. Granatius.

q

30

De testibus, & eorum inductione, iuramento,  
atque examine in Romana  
Curia.

## C A P. II.

## S V M M A R I V M.

- 1 Testes citari debent, aliàs nulla esset eorum receptio. fallit tamen, & nu. 25.
- 2 Mors quomodo probanda.
- 3 Testes aliquando lite non contestata produci possunt, veluti si de morte aut absentia dubitetur.
- 4 Testes affuturi possunt recipi appellatione pendente, & sic isto casu innouare licet.
- 5 Testes quando producuntur, debet aduersarius citari

Bb 2

tari

- tari ad ipsorum iuramenta videndum, & num. 28. & 29 fallit tamen.
- 6 Testes debent iurare etiam sic cardinalium honore praefulgeant, aliter minimè probant, & num. 24.
- 7 Clerici quomodo iusiurandum prestare debent, & num. 41.
- 8 Iuramentum testi expressè remitti potest à p. r. b. u. fallit tamen, & nu. 42.
- 9 Testes super tota causa recipi, atque iurare, r. i. d. est.
- 10 Testes extra articulos deponere, quomodo intelligatur.
- 11 Notarius absque iudice vel eius mandato, iuramentum testi deferre non potest, & num. 45.
- 12 Testium iuramentum & examen iudex committit notario cause, & nu. 52.
- 13 Testium examinatio committi extra iudicium potest.
- 14 Notarius, cui commissum est testium examen, potest cognoscere, an articuli, vel testes sint admittendi, vel ne.
- 15 Testes parte presente iurare debent.
- 16 Testes si extra diem & locum, ad quos parti uersa citata fuit, iurent, eorum receptio nequam valet, & nu. 20 & 53.
- 17 Interrogatoria dari possunt.
- 18 Testium nomina adenda sunt, & quare.
- 19 Articulos, & contenta in eis esse vera, articulis iurare debet.
- 21 Iuramentum testibus an super euangelijis praestandum sit, & nu. 57.

- 22 Testis ultro se offerre non debet.
- 23 Protestatio generalis contra personas testium quid operetur.
- 24 Exceptio inhabilitatis opposita contra productum testem, an impediatur ipsius examen.
- 25 Testes se ingerentes, suspicionem falsi non carent.
- 26 Testes cogi possunt ad testimonium perhibendum.
- 27 Testes tenentur ad omnia damna quando noluerunt venire ad deponendum.
- 29 Testes examinati parte non citata, non probant, nec faciunt iudicium, fall. tamen.
- 30 Citatio partis in quibus casibus non est necessaria.
- 31 Sententia noctu tempore, an fieri possit.
- 32 Testes quomodo ad futuram rei memoriam examinentur.
- 33 Testes affuturi tria iuramenta prestare debent.
- 35 Sententia non valet illius, cuius conscientia aliquid fuit commissum, si primo non iuravit, quod ita eius conscientia dicat.
- 36 Testes debent iurare antequam deponerent, & quid si postea iuramentum prestiterit.
- 37 Iuramentum, an sit de forma, vel substantia testimonij.
- 38 Pontifex non potest dispensare, quod testis in perhibendo testimonio, non debeat iurare.
- 39 Iuramentum calumnie est de iure diuino.
- 40 Testis non iuratus, an saltem presumptionem faciat.
- 43 Iuramentum relaxari potest à parte parti.
- 44 Testes debent iurare, veritatem dicere pro utraque parte.

- 46 Obligatio penes acta curie absente iudice, notario recepta, non valet.
- 47 Testes non debent regulariter examinari extra locum iudicij, & num. 52 fall. tamen.
- 48 Notario non creditur de commissione sibi facta, & per ipsum scripta.
- 49 Testes, si coram notario tantum, falsum deposuerint, poena falsi nequaquam puniuntur.
- 50 Confessio facta coram solo notario plene non probat.
- 53 Sententia proferenda est die, & hora, ad quam pars citata fuit, alias est nulla.
- 54 Dilatio ad dandum interrogatoria non datur, nisi petenti.
- 55 Interrogatoriorum copia non datur.
- 56 Testes non interrogati super interrogatorijs sunt repeti & interrogari etiam facta publicatione in causa. Similiter si aliquis articulus fuerit missus, super quo testes non fuerunt examinati.
- 58 Iuramentum testibus an possit dari super cruce.
- 59 Testes iurati in termino possunt post terminum examinari, fall. tamen.
- 60 Terminus ad probandum, & probatum habendum vim conclusionis habet, & quid referat ad terminus, & nu. 61.
- 61 Exceptio inimicitiae capitalis, consanguinitatis, domesticitatis, aut notarij criminis opposita contra testes examinandos, repellit eos ab examine, si in continenti probari offeratur.
- 62 Testes cum producuntur, protestari contra eos debemus, & ante publicationem, ad hoc, ut re-

pulsa concedi possit, aliàs non concederetur, fall. tamen.

**V**erum \* si testium depositionibus instruenda sit causa, a & testes sint presentes in curia. induces eos b parte, vel presente, vel citata, aliàs nulla esset eorum receptio, ad tex. in l. si quando, iuncta glo. C. de testib. & in c. 2. extra eod. & not. per omnes utrobique, & per Lanfranc. in c. quoniam contra verbo testes, colum. 4. de probatio. Quod tamen intellige de v. nica citatione tantum, non de trina, quæ fieri solet, ubi peremptorium desideratur, communis conclusio est, ut in receptione testium non sit necessaria citatio peremptoria, tamen si non defuerint, qui contrariam sententiam sequuti fuere, prout latissimè docet Felin. qui omnes refert in cap. in nomine, columna 6. numero 21. cum sequen. versicu. extra quæro. Quod quidem perpetuum non est, sicut, quod de absentia, vel obitu alicuius docendum esset, utpote adversarij principalis vel procuratoris, solemus enim de hijs, utpote de alijs notarijs docere per testes extraiudicialiter inductos. Quæ practica à iure communi non abhorret, prout de absentia habes apud Felinum in d. c. in nomine, columna quarta, numero 13. vers. 6. limita, & de obitu, per Abb. & post ipsum per Felin. in cap. quoniam frequenter, in fin. colum. fin. numer. 24. versicu. ultimo, dum tangit Abb. de modo probandi mortem, extra ut lit. non contesta. & de alijs notarijs habes etiam apud eundem Felin. qui alios refert in dicto cap. in nomine, colum. 3. nu. 7. vers. modo adverte, in quibus iudex potest se extraiudicialiter infor-

I  
a  
b

b

- informare, ut pote de fama & alijs similibus ad  
 not. per Innoc. in cap. 1. de postula. praela. & in c.  
 bone el primo in verbo testes de electio. per Le-  
 chid. in cap. eorum, 12. quaest. 3. Butr. in cap. fin. de  
 consuetu. **c** Quod \* ego limitarem, ut non proce-  
 deret, ubi ista informatio veniret capienda in in-  
 quisitione criminali, qua ageretur de vita homi-  
 nis, tunc enim ubi quis contra reum vellet pro-  
 bare mortem alicuius, ad arguendum ipsum de  
 crimine, esset liquidò, & parte citata probanda.  
 Feli. in d. c. quoniam frequenter, col. si. num. 14.  
 ver. ultimo, ibi in rebus tamen maximis. Bald. in  
 S. iniuria, punitur de pace iura. firman. colum. 4.  
 nume. 14. ver. in ista materia quaeritur. **d** Item li-  
 mitarem, ut procederet ad effectum receptionis  
 tantum, non autem, ut ex eis iudicari, & ad distri-  
 nitiuam sententiam procedi possit, nisi para  
 ad audiendum sententiam legitime citaretur  
 ad not. per Baldum in l. cum fratrem, col. 3. num.  
 8. ver. in contrarium ibi, & ita firmiter tenendò.  
 C. de his quibus ut indig. Ludo. Roma. sing. 76.  
 incip. communis conclusio.  
**e** Rursus, e finge, quòd \* si pars citaretur, esset  
 timor mortis, vel diuturnae absentiae testium, vel  
 alias amissionis facultatis probandi. His enim  
 casibus aduersus iuris regulas recipi poterunt  
 testes lite non contestata, ac parte non vocata,  
 idque ea ratione, ne interim veritas, seu proba-  
 tio pereat, prout notant communiter Doctores  
 in cap. quoniam frequenter extra ut lite non con-  
 test. Felin. praesertim colum. quinta, numero  
 quarto, versic. Et ut intelligas, quod nobis Ro-  
 mae sapissimè contingit in testibus affueuris,  
 quos plerunque in Rom. Cur. repertos etiam  
 ubi

vbi commissionem causæ præsentari fecimus,  
 antequam citatio in partib; exequatur tanquam  
 affuturos inducimus, atq; examinari facimus &  
 curamus, qua in re tu animaduertas, quòd si te-  
 stes postmodum tempore comparitionis partis  
 & litis contestandæ superuenirent, evanesceret  
 eorum receptio, nec amplius satis essent ad pro-  
 bationem, sed duntaxat fumum facerent, vtpote  
 ad habendam remissoriam ad partes, vbi testes  
 reperirentur, pro illorum repetitione, Rota de-  
 cis. 109. in antiquis. Nota, quòd causa pendente  
 de testibus affuturis, sequitur, Roma. in l. si verò,  
 §. de viro. 59. fallen. solu. matrimo. sequitur Fe-  
 linus in dicto cap. quoniam frequenter colum. 5.  
 num. 4. ver. Adde etiam aliud speciale, ibi si ra-  
 men superuenirent, & quòd de futura absentia  
 testiũ supra diximus, intelligas, quòd absentia  
 sit futura talis, quòd si pars citaretur, et lis con-  
 testaretur, vbi necessaria est, testis commodè ha-  
 beri non posset, ad nota. per Abb. in dict. c. quo-  
 niam frequenter, quæst. 1. & per Felin. ibidem d.  
 col. 5. ver. circa 1. q. Abbatis, in qua specie seruatu  
 est, quòd testes recessuri ad Ciuitatem Ananiæ,  
 iurantes se recessuros, & non breui reuersuros  
 recipi possint tanquam affuturi. Aegid. conclu.  
 616. incip. etiam testes, de testibus. Dixi autem  
 iurantes, quia ne fieret fraus, & testes induce-  
 rentur tanquã affuturi, cum tamen affuturi non  
 essent. f. Inoleuit mos in palatio, vt à similibus,  
 qui vt affuturi inducuntur, duplex iuramētum  
 exigatur, vnum de futura absentia, aliud verò,  
 de veritate dicenda, prout attestatur Felin. in  
 dict. cap. quoniam frequenter, colum. 4. allegat  
 Rotam decis. 292. in antiq.

Bb 5

Adeo-

8 Adeoque huius periculo \* amissionis proba-  
 4 tionis propter futuram diuturnam absentiam  
 testium, solet Palatium occurrere, ut eadem  
 ratione permittat etiam iudicem, à quo appel-  
 lum fuisse à gravamine, tamen si nihil debeat  
 pellatione pendente attentare seu indonee,  
 cap. non solum, de appellat. in vi. similes testes  
 validè posse recipere, prout attestatur Felin. in  
 dict. cap. quoniam frequenter, colum. 2. ver. &  
 ut intelligas, ut lite non contest. allegat. dec. 1.  
 Rota, 2. de testibus in antiq. nec censetur pro-  
 preerea is, qui testes induceret appellatione re-  
 nunciare, Rota decis. 385. in antiqua. nota verum  
 de appell. Amplius permittit etiam, ut similes  
 testes per iudicem, ad quem appellatum esset à  
 gravamine, validè recipi posse etiam non cog-  
 nito de gravamine, ne interim probatio periret,  
 Rota decis. 59. in antiq. Nota, quod ubi est appel-  
 latum, de testibus affuturis, & non solum per iu-  
 dicem, ad quem, sed etiam per ordinariū in par-  
 tibus, lite pendente in curia validè recipi po-  
 runt, Rota decis. 109. in antiquis. Nota, quod  
 causa pendente, de testibus affuturis, prout reci-  
 perentur, quoque circa petitorium, ubi etiam  
 ab altera parte suspensum fuisset, & de possessio-  
 rio tantum discuteretur, argumento Rota deci-  
 sio 344. in nota. Si suspensio petitorio de causa  
 possess. & propria. Et pleraque etiam alia in  
 testibus affuturis aduersus iuris regulas consti-  
 tuta & seruata sunt, quæ legere poteris apud Do-  
 ctiores in dict. cap. quoniam frequenter ut lite con-  
 test. & apud Collectores decisionum sacri pala-  
 tij in pluribus alijs locis, & inter alia solet Pala-  
 tium, ubi similes testes inducantur, dilaciones  
 solitas,

solitas, utpote, ad dandum interrogatoria, (quæ de stylo solet semper esse alterius diei post diē termini seruati, ad videndum iurare testes) breuiores concedere, & loco diei certas duntaxat horas dare, plures vel pauciores quantum articulatae materiae quantitas & qualitas ex postulare sibi videtur, quam tamen dilationem solent practici ex aduersò, post exceptiones in genere, vel in specie datas verbo inscriptis tam contra materias articulatæ, quàm contra personas testium, certis protestationibus longiorem facere in fine dilationis sibi datae, de re aliqua protestantes, utpote testes non recipi, nisi specificatis ex aduersò materijs medio iuramento. Item nisi intimata sibi hora, qua aduersarius intendit testes examinare, quia vult ipsos videre in facie & cognoscere. Item nisi cōcordato de interprete, & etiam complures aliàs sibi cogitant protestationes, & plerunque ad effectum differendi tantum, quas semper ægrè tuli, nisi quantum urgente necessitate fiant, augent enim actorum cōgeriem & clientis tui impensam, proximum offendunt, & causæ tuæ parum, vel potius nihil profunt.

Quas ut euitemus protestationes, solet is, \*  
 qui articulos exhibet, & testes inducit, aduersarium suum hac citationis formula, quæ longo Rom. Cu. usu comperta est, citare, videlicet Citetur. N. ad dicendum contra articulos factos, videndum illos admitti & iurare testes tam super articulis, quàm tota causa, & si affuturi sint, addi solet, etiam super eorum affuturatione, & committi notario receptionem iuramentorum egregiarum & impediatarum personarum ad primam

mam

nam diem, & postquam commissum fuerit ad videndum illos iurare in eorum vel notarij demibus, & ad dandum interrogatoria, si qua d're vul, & intendit per totam illam & sequentem dies, & nihilominus intimerur eidem qualiter materiae sunt specificatae medio iuramento, & testes postmodum examinabuntur singulis diebus & horis, instante, &c. Dicimus autem **AD DICENDVM CONTRA ARTICVLOS FACTO DATOS, ET VIDENDVM ILLOS ADMITTI**, rationibus de quibus supra titulo de articulorum admissione loquuti fuimus. Tantum abest scias, quod ideo semper praecedenti citatione partis, adiecta est dilatio ad primam, quia vulgatum est pragmaticorum axioma, quod omnis terminus potest eadem die seruari, praeterquam terminus ad dicendum contra, qui semper seruatur ad primam ea (vt opinor) ratione, quod is, qui citatur ad dicendum contra, indigeat copia productae scripturae, antequam excipiat, quam vna atque eadem die habere, legere & pensare verisimiliter non potest, praesertim, quia ferè omnes pragmatici Rom. Cu. causas cum consilio alicuius famigerati procuratoris agunt, vel defendunt, & nihil nox dilationem interponeret, non possent nos super exaduerso productis consulere.

Item *h* dicimus. \* **ET AD VIDENDVM IURARE TESTES**, quoniam testes sine iuramento non probant tex. in l. iurisiurandi, C. de testibus, & in c. de testibus, extra eod. Bald. in l. militis, C. de militari test. Feli. in cap. tuis questionibus in principio primo notab. etiam de testi. Est que hoc intantum verum, vt procedat etiam

tiam in causa, quantumvis summaria, Imo. in  
 clem. sæpè, col. 36. de verb. signi. utque testium  
 numerus non suppleret hunc defectum. Domi-  
 nicus in cap. multis, 44. distinctio. Minusque eo-  
 rum qualitas quantumcunque gravis, i etiam  
 si Cardinalatus honore præfulgerent, gloss. in c.  
 cum olim verbo quorundam & Abb. ibidem de  
 priuileg. in quibus \* Cardinalibus, Episcopis &  
 alijs personis in sacris constitutis, hoc tantum  
 comperio, exemptionem scilicet non à munere  
 iurandi, sed ab eius modo, & ut non aliàs te-  
 neatur iurare tactis sacrosanctis scripturis, sed  
 illis propositis, text. in authen. sed iudex, C. de  
 episcop. & cleri. & in cap. fin. extra de iuramen-  
 calum. & utrobique notatur, à quibus consuetu-  
 do etiam exoptulat, veluti ab alijs manum su-  
 per sacrosanctas scripturas ab ipsis super pectus  
 emissam desideramus, sola enim manus emissio  
 ipsius iurandi signum est, prout etiam ho-  
 die seruamus, vbi quid volumus in fide nostra,  
 quæ in Iesu Christo est, promittere, quæ cautio-  
 nis formulâ, manu, ut præmittitur, emissa, vi-  
 detur etiam apud antiquiores in vsu fuisse, quia  
 de ea meminit Modestinus in l. quidam, ff. de  
 proba. Admoneo tamen perpetuum non esse,  
 ut testis sine iureiurando non probet. Finge,  
 quod statutum testes à iuramento dispensaret  
 dictans testem non iuratum probare, seruand-  
 um esset, Roman. consil. 90. Viso puncto Felin.  
 in cap. ruis, extra de testibus column. 2. numero  
 2. versicu. ex eodem habes vnum casum, / Rursus  
 finge, \* quod litigatores forte de testis integri-  
 tate confisi ei iurandum remitterent, staretur  
 enim eius depositioni, tamen si absque iuramen-  
 to fa-

i

7

k

m

l

a

to fa-

to factæ, quod ipsorum litigatorum favore tantum lex desiderat, gloss. in dicta l. iurifurandi, C. de testibus, in l. 2. §. sed quia veremur, C. de iuram. calumn. & in l. 1. ff. de ferijs, Felin. in dict. c. tuis colum. 2. numero 1. versicu. ex eodem tex. habes, quod iuramentum testis extra, de testi. & cum iuramentum favorem utriusque partis respiciat, prædicta intelligas non de alterius, sed utriusque partis remissione, Ioan. Andr. Card. Abb. & Felin. ibi colum. 2. versicul. in text. ibi remittatur. Amplius quoque de remissione expressa, satis enim non esset tacita, utpote partibus non opponentibus. Hostiensis & communiter alij in cap. nuper, extra de testibus, Felin. in d. cap. tuis col. 3. num. 2. versicul. sed ultra Doctores, imò etiam expressa non sufficeret, nisi in causis, quæ à mera partium voluntate pendent. Secus in alijs, utpote, ubi de validitate matrimonij, de beneficio ecclesiastico, aliæque re spirituali ageretur, Card. & Abb. in d. c. tuis, sequitur Felin. ibidem colum. 3. numer. 3. versicu. in eadem gloss. ibi ne colluderent.

Dicimus\* quoque TAM SUPER ARTICULIS, QUAM TOTA CAUSA, non quia aliqua necessitas ad hoc impellat, utpote, quod iudex non teneretur aliàs testes recipere, nisi etiam super tota causa iurarent, prout videtur voluisse Innoc. in cap. per tuas de testibus, quia verior est contraria sententia Bald. in d. c. per tuas, quam etiam sequitur Felin. ibidem, colum. 3. num. 4. versic. Item in quantum dicit Innoc. Quorum sententia fuit, hoc non esse necessarium, sed totum pendere à producentis voluntate, cui posse quandoque hoc utile esse, utpote,

pote, si testis aliquid sciret extra articulos, quo  
casu, si super articulis tantum iurasset, non pos-  
set extra illos interrogari, & si interrogaretur,  
non probaret eius depositio, quasi facta in hoc  
sine iuramento gloss. in l. si quis, §. fin. in verbo  
admittatur, ff. de petitio. hæredita. in l. si lega-  
tum in vltim. colum. ff. de falsif. & in l. 1. §. diuus  
l. vltim. ff. de quæstio. & in l. si duo, §. idem Iulia-  
nus, ad finem, vbi etiam Alexand. colum. 2. vers.  
pro cuius declaratione, Felin. in cap. de testibus  
colum. 1. numer. 2. versic. gloss. 1. ibi non iurave-  
runt super hoc extra de testibus. In qua \* specie  
illud dicimus esse extra articulos, quod non per-  
tinet ad illos, vel saltem non tendit ad declara-  
tionem facti in eis articulari Bartol. & Alexan.  
ibidem columna 3. in fine, vbi etiam Iason. Ad-  
moneo tamen, quod nisi producens testes ex-  
pressè inducat illos super articulis, testis sim-  
pliciter inductus & iurans etiam si tunc daren-  
tur aliqui articuli, censetur iurasse super rota  
caussa, quod vbi testis aliquid extra articulos  
dixisset, utilitatem & honorem tibi afferret,  
Imola, & Abb. in dict. cap. de testibus, vbi etiam  
Felin. qui hoc dictum commendat colum. pe-  
pult. numer. 13. versicul. 2. noto, extra de te-  
stibus.

Insuper dicimus etiam AD VIDENDVM  
COMMITTI RECEPTIONEM IVRA-  
MENTORVM EGREGIARVM ET IM-  
PEDITARVM PERSONARVM, alia ra-  
tione, quia \* notarius non potest iuramentum  
testi deferre sine iudice, vel eius mandato Bart.  
in l. videamus, §. differre, ff. de in litem iuran-  
do, Butr. & Abba. in dict. c. quis, vbi etiam Felin.  
col.

n

io

d

ii

col.

col. fin. num. 8. versic. Item in quantum prædicti dicunt, quod notarius sine iudice, estque hoc in tantum verum, ut sola Iudicis præsentia, & patientia non sufficeret, prout aduersus Bueri sententiam in d. e. tuis, firmat Bart. in d. l. videantur §. differre, & ratio videtur esse in promptu, quia in deferendo testi iusiurandum Iudicis auctoritas desideratur, per supradicta, & qui habet auctorizare, latis aliàs non facit, si sit præsens & taceat, l. 4. & ibi Bart. ff. de auct. tuto per quem tex. infert generaliter Bart. in l. quæ doris, in vltim. colum. ff. solut. matr. quod scientia & patientia illius, ad quem actus cura & sollicitudine tantum, per iudicium verò ad alium spectat, non inducit consensum, sequitur Felin. in d. cap. vlt. colum. si num. 8. vsque ad finem. Quamobrem licet aliàs Bald. in l. qui testium extra de testibus, tradit pro regula, quod etiam in causa cuiuslibet testes recipi debeant per iudicem, & non per alium, & dicit de hoc esse duas gloss. vnam in l. hac consultissima, §. fin. verbo depositiones, C. qui testa. facere poss. Alteram in l. iubemus l. prima, C. de lib. cau. & ad sit ad hoc tex. secundum vnum intellectum glo. ibi in l. solam, C. de testibus nihilominus quicquid ius commune in hoc dicitur, p. hodie \* propter multiplicatam negotiorum consuetudo admittit, ut iudex possit testium iuramentum ac examen notario causæ & notario committere, prout attestatur Bal. in d. l. hac consultissima, §. si. C. qui test. fac. pos. & Sal. in auth. apud eloquentissimum, C. de fide instr. & hoc vbi iusta subsit causa faciendi simile commissionem notario Imol. in l. si quis ex signatoribus, ff. quemadmodum testa. a pe. Bald. & Ang. in l. iur.

in l. iudices, C. de fide instr. Fel. in c. cū causam,  
 extra de testibus. Quæ consuetudo, (vt ego opi-  
 nor) à iuris dispositione non abhorret, vt vbi iu-  
 sta causa subsit, iudex mandet per notarium su-  
 um recipi à teste iuramentum & examen, & vi-  
 detur esse casus in clemen. 1. de offic. deleg. secun-  
 dum Angel. in l. iudices, C. de fide instr. & in c. 2.  
 de iudi. in 6. secundum Fel. in d. c. cū, causam,  
 col. pen. num. 30. versicu. Nihilominus q̄ ista fal-  
 lencia, quia in Rom. Cur. causa multiplicatis  
 negociorū plurimū viget, solent iudices pas-  
 sim notarijs receptionem tam iuramenti, quàm  
 examinis testium committere, parte tamen,  
 quoad commissionem examinis non aliàs cita-  
 ta, & hoc, quia\* examinatio testis est, quid facti,  
 quod potest committi, & fieri extra iudicium,  
 Rota decis. 588. in antiq. Nota, si in remissione de  
 probatio. & pro causa solemus absque aliqua  
 eius verificatione exprimere personas inducen-  
 das esse egregias, vel impeditas, & aliàs, quæ ad  
 iudicis præsentiam commodè adduci non pos-  
 sunt, vel præscripta citationis pars ostendit, &  
 melius videbis, si solitam huius actus extensio-  
 nem notariorum, vel in aliquo regesto, vel in i-  
 psorum notariorum, seu terminorum Rotæ for-  
 mulario videbis, quæ est sub rubrica de recep-  
 tione iuramentorum car. 73. ex qua etiam exten-  
 sione illud intelliges, quòd & si citatio sit ad vi-  
 dendum committi notario receptionem iura-  
 mentorum tantum, nihilominus sub ista ci-  
 tatione sacrum Palatium non solum committit  
 notario receptionem iuramenti, sed etiam exa-  
 men ipsius testis, & commissio hæc fieri solet no-  
 tario, & nudo ministro, ita, quod\* ipse nō habet

discutere, an articuli, vel testes sint admittendi, nec ne, sed hac discussione à iudice facta, notarius veluti nudus minister iuramentum deferat testi, ac eius depositionem recipit, Abb. in c. quoniam contra, col. 18. sequitur Felin. in d. c. causa, col. pen. nu. 30. versic. nihilominus illa fallentia, ibi, & vnum circa hoc dixit dominus Abb. de testibus & in c. causam, col. 1. nu. 1. versic. ibi nuncio de testibus cogen.

Amplius dicimus & postquam commissum fuerit, **AD VIDENDVM IURARE IN EORVM VEL NOTARII DOMIBVS, PRO TALI DIE**, quoniam testes \* debent iurare parte præsente, Ioan. Andr. in additio. ad Specu. in titu. de teste, §. sequitur, versicu. & nota. ubi requirit præsentiam iudicis notarij & partis, sequuntur Butr. & Abb. in cap. fraternitatis, ad fin. de testibus vel citata pro certis die & loco Salicet. in l. generaliter, §. ijsdem, C. de rebus creditis. f. & si \* testis extra diem & locum, ad quosdiuersa pars citata fuit iuraret, non valeret eorum receptio, Felinus in capit. in nomine. columna final. numero 37. versicul. vltimo scias, extra de test. Rota decisio. 167. in vltimis, item Rota decisione 172. in not. si testes citati de dilatione & de ferijs. Docet tamen collector cautelam, ut is, qui testes inducere intendit, si adueniente hora citationis deprehendat aduersarium coram iudice; nec aliàs habeat testes ad manus, & illos tunc producere non valeat, petat à iudice parte præsente citationem transferri ad diem sequentem: & sic sequenti etiam die poterunt testes iurare ad nota. per omnes in capit. consuevit de offic. delega.

Add.

S E X T V S.

403

Addimus quoque. ET AD DANDVM  
INTERROGATORIA PER TOTAM  
ILLAM ET SEQUENTEM DIES. Nam

\* quicquid ius in hoc dicitur, generalis inoleuit  
consuetudo, quæ etiam in Roma, Cur. vsu rece-  
pta est, vt ei, contra quem articuli dantur & te-  
stes inducuntur, dilatio detur ad dandum inter-  
rogatoria, quam generalem consuetudinem at-  
testatur gloss. in cap. 2. verbo interrogatoria, de  
testi. in 6. & vbi datur à diuersa parte interro-  
gati sunt secundum ea, ex. in cap. 2. §. testes et-  
iam de testibus in vi. & qualiter hæc interroga-  
toria fiant, supra suo loco docuimus. Imò \* non  
solum ad hoc dari solet dilatio parti, sed etiam  
edenda sunt sibi testium nomina Bal. in cap. per  
tuas, extra de testibus allegat gloss. in l. 1. §. edi-  
tiones, ff. de edêdo, sequitur Felin. in dict. capit.  
tuas, colum. tertia, numero tertio, versicu. item  
in quantum dicit Innoc. ibid. & adde secundum  
Bald. & ratio est, quia interrogatoria fieri so-  
lent secundum circumstantias causæ, ac perso-  
narum inductarum, quas circumstantias perso-  
narum inductarum non potest diuersa pars con-  
siderare, nisi sibi edantur ipsarum personarum  
nomina, quam rationem refert glo. in dict. cap.  
2. in verbo interrogatoria, de testibus, in 6. Qua-  
ratione crediderim dilationem datam ad dan-  
dum interrogatoria non currere, nisi à tempo-  
re, quo edita fuerint testium nomina, tanquam  
necessaria ad confectionem ipsorum interroga-  
torum per supradicta.

Amplius \* intimatur quoque aduersario,  
QUALITER & MATERIAE SVNT  
SPECIFICATAE MEDIO IVRA-  
MENTO,

CC 2

MENTO,

6

17

18

16

u

MENTO, quia parte petente tenetur producent  
 specificare materias datas medio iuramento,  
 quo asserimus nos credere materias, quas dedi-  
 mus, esse veras, prout supra titulo de articulis  
 fusius diximus. Crediderim tamen, ubi materia  
 darentur post iuramentum de calumnia præsti-  
 tum, postque eius terminum seruatum, non te-  
 neri producentem aliàs specificare materias me-  
 dio iuramento, quia specificatio hæc, species est  
 iuramenti de calumnia. Et ubi semel præstitum  
 fit, extenditur ad totam instantiam, in qua præ-  
 stitum fuisse, & nulla ratio suadet, ut toties re-  
 terentur, nisi fortè præstitum fuisse à procura-  
 tore, & in hoc exigeretur à principali, propter  
 utilitates, quas supra tit. de articulis enarraui-  
 mus, vel nisi fortè præcessisset iuramentum prin-  
 cipalis, & nunc exigeretur à procuratore, qui  
 ex obseruantia sacri Palatii tenetur etiam mani-  
 fam propriam iurare etiam, ubi principalis iu-  
 rasset Rota decis. 37. in no. Quidam procurator,  
 de iuram. calum. numero 1. ibi. Nam licet prin-  
 cipalis iurasset. Quæ consuetudo est approbata  
 in cap. 2. de iuram. calum. libro 6. Et ratio est in  
 promptu, quia posset ipse calumniare, sicut do-  
 minus, quem refert Collector ibidem & sequi-  
 tur inferius decis. 40. in no. procurator. Quam-  
 obrem ne post modum similibus protestationi-  
 bus partis aduersæ differatur examen, solemni  
 aduersarium præuenire, & sibi etiam non peccati,  
 neque protestanti in hoc vltro morem genera-  
 ri in ipsa articulorum exhibitione, & exinde sibi  
 hoc, ut præmittitur intimare. Non desunt  
 etiam, qui non aliàs specificatis materijs similes  
 intimaciones aduersario faciant, ut per similes  
 intima-

intimationem monitus protestationem omit-  
tat, credens materias vt sibi intimatur specifica-  
tas fore, qui (vt opinor) dolo faciunt, quare si ti-  
bi expediens fuerit materias ex aduerso specifi-  
cari medio iuramento memor eris, non acquies-  
cere simili intimationi, sed à notario rei verita-  
tem explorare.

Denique\* fieri etiam solet præscripta inti-  
matio, qualiter testes postmodum examinabun-  
tur singulis diebus, & horis sequentium dierum  
quia licet fuerit pars citata ad videndum illos  
iurare ad certos diem & locum, vt suprâ, & iu-  
rauerint, non tamen iurâdo dicuntur deposuif-  
se, Bal. in c. 3. colum. 1. verficu. nota ista duo si in-  
ter domi. & vassal. lis oriatur, & notatur in l. si  
quando, C. de testibus, sed tantum iurant de ve-  
ritate dicenda Bal. in d. cap. 1. colum. 3. ver. Nota  
formâ si inter domi, & vassal. lis oriatur, nisi for-  
tè inducerentur tanquam affuturi, quia tunc du-  
plex iuramentum præstant, vnum de futura eo-  
rum absentia finito examine, aliud de veritate  
dicenda, prout suprâ suo loco diximus, aliud  
quoque præstant in fine examinis, quòd secreto  
habebant depositiones suas, donec earum pub-  
licatio fiat per tex. 4. qui falsa, & si reuelaret, pu-  
niretur, tex. ibidem cum gloss. in l. iurifurandi,  
C. de testibus Bald. in l. presbyteri circa princi-  
pium ver. 4. noto. C. de epis. & cleri. Spec. in tit.  
de teste, §. sequitur Felin. in c. fraternitatis, col.  
pen. nu. 12. ver. in gl. fina. in fin. nos quinque ca-  
pitula extra eodem, & licet\* suprâ dixerimus  
iuramentum præstandum esse tactis euangelijs  
per text. in cap. hortamur, 3. quæstio. 9. Mos y ta-  
men non solum in palatio, sed alibi etiam gene-  
ralis

20

21

y

neralis inoleuit, ut ratio, vel nunquam præponantur euangelia ei, cui iuramentum deferretur, sed ferè semper præponatur quæuis alia scriptura, quam approbat valere Abb. in dicto cap. fraternitatis, extra de testibus, ubi etiam Felin. column. pen. nu. 12. vers. in glo. fin. ibi secundum quædam valet consuetudo de tangendo quâlibet scripturam, & ubi diceretur N. iudice, & parte præsentibus iuravit, nec aliàs adderetur tactis sacrosanctis scripturis, præsumerentur nihilominus tactæ scripturæ, prout voluit Ioan. Andr. in additio. ad specul. titul. de teste. §. sequitur. & si negaretur, operaretur hæc præsumptio effectum translatiuum, ut ei, qui negaret tacturam intervenisse, incumberet onus probandi, sequitur Butr. & Abb. in dicto cap. fraternitatis, extra de testibus, ubi etiam Felin. column. penult. in fin. versu. & si diceretur in actis, ubi hoc idem extendit, ubi negaretur præstitum fuisse iuramentum, vel forte si apparere præstitum negaretur præsentia partis faciunt not. per eundem Felin. in dict. c. tuis, penult. & ult. colam. de testibus. Quæ verba præscriptæ intimationis, qualiter testes postmodum examinabuntur singulis diebus & horis, extenduntur non solum ad dies termini probatorij, sed etiam post, & dum tamen infra terminum iurati fuerint, si modo terminus non sit datus ad probationem perfectam, seu (ut aiunt) ad probandum, & probatum habendum, Rota decis. 73. in no. licet in remissione de testi. & remissio. & ratio videtur esse in promptu, quia depositio testis retrotrahitur ad diem iuramenti, notatur in clemen. 1. de offic. deleg. gloss. & Bald. in l. damni, §. labini, column. final. in prin.

in princip. versicul. Oldrad. inducit istum text.  
ff. de dam. infect.

Cæterum, quod ad testes attinet, vnum non  
piztermittam, quod \* & si testis non debeat se  
vltro ingerere, sed citatus & inuitus deponere,  
toto titulo de testibus cogendis, auct. rogati, C.  
de testa, & notatur vtroque, & qui vltro se of-  
fert non vocatus, neque rogatus, sit de suborna-  
tione suspectus, argumento s. quæstio. s. illi. Et  
propterea de iure citandi sint testes ad perhiben-  
dum testimonium veritatis, nunquam tamen v-  
timur in palatio hæc solenitate, ea ratione, quod  
Patres veluti præsumunt reum post decretam ci-  
tationem comparentem fuisse citatum, & pro-  
pterea compellunt ipsum suo aduersario respõ-  
dere, nec darent ei dilationem, quia si citatus ve-  
nit, debuit venire instructus, prout supra titulo  
de executione citationis ad partes, §. Hoc am-  
plius, diximus, eodem exemplo præsumunt te-  
stem venire ad deponendum, quia rogatus, & ci-  
tatus, Rota decis. 372. in no. fuit dubitatum, de  
testibus à principio vsque ad finem, & b quando  
\* inducuntur, raro, vel nunquam discutitur, an  
sint admittendi, vel non, ne interim processus re-  
tardetur, sed pars dicit cõtra personas testium  
generalia, quæ excipiendi formula habet clau-  
sulam præseruatiuam facultatis specificandi ex-  
ceptiones sic in genere datas in omni parte iudi-  
cij, prout supra titulo de exceptionibus docui-  
mus: & si quandoque \* exceptio aliqua com-  
petat, quæ admodum contra testem virgeat, so-  
lemus eam in ipsa testium productione specifi-  
care, nec propterea solent Auditores, tunc tem-  
pore productionis testium similes exceptiones

2

23

b

23

c

24

Et

dilect.

discutere, ut processus citiu, finiatur, & non cogantur ipsi, qui pluribus occipationibus distrahuntur, ad causam adhuc non instructam ad summum vertere, sed pro tunc mandant testes examinari quantumcunque inhabiles salvis exceptionibus, quo casu producens ultra protestationem suam habentem vim præservatiuam repetat insuper de præservatione iuris excipiendi in specie iudicis interloquutionem, & quandoque ubi evidens, vel gravis videretur obiectus testis defectus, solent Auditores non solum facere interloquutoriam præservatiuam, de qua supra, quæ præsupponit testes admissos, sed taliter, ut admissio resolui possit, ubi aliqua exceptio daretur, & verificaretur, quæ testem repelleret, sed mandant testes examinari salvis exceptionibus ut supra, & poni ad partem. Quæ verba important, ut testes interim non censeantur admissi, sed remaneant in suspenso, donec Auditor causæ maius ocium nactus possit super illorum admissione deliberandi. Quamobrè si te inducete fuerint quandoque sic testes recepti, & positi ad partem memor eris, antequam sententiam peras pro illorum admissione intare. Qua in re videtur etiam primarios practicos hæc admissionem præmittere, non alias perpendentes, quantum importet simile decretum positionis testium ad partem, operatur enim, ut testes interim pro non admissis, proque non examinatis habeantur. Reliqua, quæ ad testes attinent, ut pote, qui testes admittendi sunt, qui repellendi, quæ contra eorum personas opponi possint, quando, & qualiter producendi, item quando, & qualiter recipiendi sint, ac de eorum cõpulsione, examinatione, nu.

ne, numero, publicatione, rubricis, reprobatione, fide eis adhibenda, & alia si quæ tibi circa testes occurrerent, habebis apud Specul. toto titu. de teste, materiam distinctam sub eius rubricis, & apud Doctores præsertim Canonistas in ritu. de testibus, & in alijs locis communibus, ad quos occurrente necessitate recurrere poteris, non repeto, quasi aliud agens.

## A N N O T A T I O N E S.

Et testes sint.) Huiusce rei illud est in causa, Nam\* si ad testimonium veritatis perhibendum vltro nei testes accederent, s. quæ ipsos ingererent, suspicione falsi nequaquam carerent, eis que fides adhibenda esset minimè, vt à Bar. edocemur in l. post legatum, §. his vero, ff. de his quibus, vt indig. ab Alex. confi. 78. lib. 2. Ioan. Fran. Ferr. in praxi libel. in forma iur. am. test. in verbo citari in princ. & Tiraqu. de priu. p. e. causse priu. l. 3. prope fin. Idcirco vt testes citentur, communis praxis inoleuit, ne spontè, sed requisiti venire videantur, & traditur infra ab auctore in ver. ceterum, necnon & à Formularij compilatore variarum commif. pagin. 12. colum. 3. fallit tamen si testes in iudicio forte fortuna reperirentur, tunc etenim absque citatione examinari ritè possunt, vt Ias. tradidit in l. ne quicquam, §. vbi deturum, numero 27. ff. de offic. procons. Qui\* quidem testes multa in dicta, captis que pignoribus ad testimonium ferendum compelli possunt, veluti ab Accurs. Bart. atque Salicet. proditum est in l. si quando, C. de test. atque Lanfran. in cap. quoniam contra, in verbo testium, numero 42. de probat. Et si\* testes comparere neglexerint, euenit que, vt causa ipsa terminetur, & reus defectu testium, quos habere minimè potuit, condemnatur: ipsi ad omnia damna resarcienda tenentur, vt pulchrè per Arg. & Pau. Castr. in l. argentarij, §. ceterum, autem, vbi Alex. col. 2. C. de eden. Affl. in const. reg. Neap. in

2

25

26

27

pecuniarijs, numero 44. & Prosp. Carau. super vita mag. li.  
vitar. 77. num. 7. Nic. Anto. Graua.

b

28

Parte vel presente.) Trita reg. est, quod \* adu-  
rio non citato, vel presente ad videndam iuramenta testium  
quod eorum examen viribus non subsistit, c. in nomine Do-  
mini, de test. l. si quando, C. eo. per Alexand. consi. 79. lib. 1.  
Aretin. consi. 165. Dec. consi. 54. l. si in l. propterandum, si  
autem reus, num. 5. C. de iudi. & per Afflict. decis. 28. num.  
1. & decis. 39. nu. 3. & auctorem infra in ver. ad videndam  
illos iurare. Que quidem regu. procedit, etiam si coram prin-  
cipe testes deponerent, veluti prodiderunt Doct. in d. c. in  
mine Domini, vbi latè Dec. materiam pertrahit nu. 17. et  
seq. ponendo regulam cum pluribus fall. Cur. consi. 21. Mar-  
in l. 1. numero 7. ff. de quest. Afflict. in consti. reg. Neopoli-  
manitatem, in 6. not. & Gram. decis. 103. nu. 233. & vbi

29

aded hoc verum est, ut \* testes parte non citata examini,  
etiam iudicium non faciant secundum Dec. in d. c. In nomine  
Domini, num. 18. & 27. qui hanc opinionem communem esse

Com. opi.

testatur. Ad quam regulam, vltra Dec. Felin. & alios in  
c. Maranta triginta & vnam tradit limitationem in practi-  
ca. Maranta triginta & vnam tradit limitationem in practi-  
ca. in 6. par. in primo membro, versi. citatio, quarum nomina  
in foro frequentiores, cum ex ipso Marant. tum ex alijs inter-  
pretibus decerptas subnectere, visum fuit. Et primo, quod

30

\* citatio partis non requiritur, quotiescunque ad instruen-  
dum tantummodo iudicem aliqua sit probatio. Bald. in l. si  
qua per calumniam, versi. sed pone, C. de ep. & cler. vbi  
emplum prebet, quando iudex secularis clericum non deo-  
ti habitu & peculiari incedentem, veluti criminis obre-  
tam premaxibus haberet: si clericus ipse sui clericatus dipli-  
mata ostenderit, illico ad ecclesiasticum iudicem ali-  
que partis citatione illum remittere debet. Secundo, ut po-  
tis citatio necessaria est, si alicui iudici secundum suam con-  
suetudinem causam determinandam à principe deman-  
dat, ut eò bari Bald. adnot. a. & in l. neque natales, col. 1.  
C. d.

e. de proba. cui *Alex.* consentit in l. de vnoquoque, colum. 2.  
 ff. de re iud. Tertio, quando examinatur testis, cuius dicto ne-  
 cessario acquiescendum est. *Alexand.* consi. 130. libro 1. Quar-  
 to, cum de alicuius obitu, aut recessu timor sit. *Innoc.* & alij  
 in c. Albericus, de test. de qua re late infra auctor, & nos ali-  
 quid dicemus sub lit. F. Quinto, quando honesta mulier exa-  
 minanda est, quae domi absque partis citatione examinari  
 potest, ut per *Bart.* in l. ad egregias, ff. de iureiur. & *Ias.* ibi  
 nu. 2. verum *Abb.* aduersatur in cap. si qui testium, de test.  
 & *Felin.* etiam num. 4. Sexto limita in interloquutoria qua  
 victus appellauerit, quoniam appellatione pendente index  
 vsque ad diffinitiuam (antequam tamen sibi inhibeat) vi-  
 ctus aliter non citato procedere potest, cap. non solum de ap-  
 pell. in 6. iuncto cap. eum qui de dol. & cont. eo. lib. Septimo  
 limita, quando aliquis ob contumaciam in expensis condem-  
 natur. *Butr.* in c. finem litibus de dolo & cont. & *Felin.* in c.  
 1. colum. 6. de iudi. Octauo, cum dolose, ne citatio in eum ex-  
 equeretur, quis l. titat. *Inno.* in c. ad petitionem, de accuf. &  
*Abb.* in c. ex tue, colum. penult. de cler. non resid. Nono, in  
 crimine lese maiestatis diuinae & humanae. *Felin.* in cap.  
 quoniam contra, de probat. *Dec.* in dicto cap. In nomine Do-  
 mini, num. 24. vbi loquitur in causa heresis, ipse tamen eum  
 temperamento hoc intelligit, ut ibi, *Mars.* in l. vnoquoque,  
 ff. de re iud. & *Capic.* decis. 127. Decimo, in crimine assassi-  
 nij. *Arch.* in cap. 1. de homic. in 6. *Mars.* in praxi, §. diligen-  
 ter, numero 158. & in l. de vnoquoque, in 50. casu, ff. de re  
 iudic. *Gram.* consil. 40. & *Felin.* in c. quoniam frequenter,  
 colum. pen. ut lite non contest. & si idem secum pugnant, a-  
 liter senserit. in dicto cap. In nomine Domini, in 5. limit. cui  
*Gram.* consentit in not. 11. numero 16. sed priori opinioni con-  
 cinit, quod a *Mars.* scribitur consil. 19. & *Gram.* not. 9. scilicet  
 et assassiniij crimen lese maiestatis crimini equiparari: at  
 in crimine lese maiestatis, ut diximus, parre nequaquam ci-  
 tata testes admittuntur, ergo, &c. Undecimo, in omni actu,  
 quis

qui vltima die termini celebratur, tunc enim in parte vlti-  
 mata expediri potest, sic & testes vltima die termini  
 non citata recipi etiam queunt, Bald. in authent. ei qui ap-  
 lat, colum. 2. C. de temp. appel. & in l. si quando, colum. 2.  
 fine, C. de test. Afflict. decis. 47. num. 6. v. r. si. quo ad ser-  
 dum dubium, & Maran. loco citato, quod quidem notari  
 commendandum est. Duodecimò, ( & si hec limitatio pro-  
 xima cognita videatur ) quando mora periculum offert,  
 v. r. ut si iudicis iurisdictio tempore peritura esset. Oltriv.  
 consil. 65. hic agitur, huc certè casu partis citatio relaxatur,  
 adeo, quòd \* noctis etiam tempore sententia profertur, v. r.  
 ut per Bart. Bald. Ang. & ceteros in l. more Romano. ff. de  
 fer. licet non desint ibi, qui contrarium v. l. i. n. multa tamen  
 propter moræ periculum permittuntur, que congerit Rom.  
 in l. si verò, S. de viro, in 40. ff. sol. mar. vbi seruat  
 res leges de periculo moræ loquentes citat. Terriadecimò,  
 quando in loco valdè remoto probatio faciendâ est, etiam  
 tunc parte haudquaquam citata fieri potest. Barto. per illum  
 text. in l. 2. in verbo, nota mirabilem practicam, C. de iur.  
 lib. 11. quem Dec. sequitur in dict. c. In nomine Domini, num.  
 26. Quartodecimò, quando testis, qui obsecrè de posuit, & ad  
 declarandum dictum suum iterum examinatur. Ancho. cap.  
 126. & Doc. vbi suprâ, num. 28. hoc tamen cum temperanti-  
 to intelligendum est, ut eò loci Dec. post Io. ab Ana. consil.  
 Postremò, tres alias limit. vltra prædictas videbis suprâ in  
 c. 1. sub lit. H. à nobis traditæ, quamuis illarum vna, cum in  
 decima affinitatem habeat. De ceteris verò si tibi concordat  
 satisfactum velis, leges Felin. & Dec. in d. c. In nomine Do-  
 mini, & Maran. præcitato loco. Nico. Anto. Grauatim.

**C** Quod ego.) Non ab re quidem hec probatio fieri de-  
 bet, cum de hominis vita tractetur, ideoque diligenti inopi-  
 tio plenaque probatio faciendâ erit. l. sciant cuncti, C. de pro-  
 bat. cui verbo tenus concordat, c. sciant cuncti, 2. q. vlti. &  
 qui sententiam, C. de pen. vbi eum maius periculum in-

ibi perspicatius semper sit consilium adhibendum, argu. l. ad dictos, circa medium, C. de appella. & l. 1. §. 1. ff. de vent. in- spic. vt prius ipso de crimine constet, l. 1. §. illud autem; ff. ad syll. latè Mars. in praxi, §. 1. & Blanc. in rep. l. vlt. nume. 16. cum seq. ff. de quaest. & quia hac res iam passim, praesertim apud eos, qui capitales causas scripsere, pertractatur, ad reliqua transeamus. Nicolaus Anto. Grauat.

Item limitarem.) Adde hic, quae lib. 5. diximus, cap. 2. sub lit. B.

Rursus finge.) Testes \* cùm ad perpetuam rei memo- riam examinari debent, cognitio summaria semiplenaque saltem probatio iudici prius facienda erit, qualiter senes, aut valetudinarij illi sunt, & timor est, ne vitam cum morte commutent, siue quod è loco recedere & longius ire parant, aut bellum petere, vel mare pertransire, aliàs examinari nõ possunt, vt Bar. docet, cuius affecta sunt omnes in l. in lege A quilia. §. si deletum, ad l. A qui. Ab. Fe. & ceteri cõmuniter in cap. quoniam frequenter, vt lite non contest. & in c. Albericus, de test. Bart. & reliqui hoc idem tradunt in l. 4. §. p. c. ter. ff. de damn. in f. Alex. confi. 206. lib. 2. & auctor hic, qui abundè loquitur, & quonam modo in Rom. Cu. vsu receptum sit, & docet quoque Compiler ille Form. aduoc. in 2. tract. c. 36. & 37. Nico. Anto. Grauatius.

Inoleuit.) Huius moris, atque praxis, quod \* testis as- futurus duo praestat iuramenta, meminit etiam allegatus Cõ- pi. Form. aduoc. vbi supra, sed auctor infra. ver. aliud quo- que, addit tertium iuramentum, quod testis assuturus presta- re obstringitur, scilicet, quod eius testimonium ante publica- tionem non patefaciet. Grauatius.

Adeoq̃ue.) Hanc opinionem per plura comprobas as- sist. in const. reg Neap probationum incursum, col. 2.

Item dicimus.) Adde c. nuper, & c. iurisdiction. 4. q. 3. & cap. hortamur, 3. q. 9. & \* non solùm in teste hoc proce- dit, vt is absque iuramento non probet, per praedicta iura, &

habemus

Com. opa

habetur in l. iurifurandi, C. de test. & in c. tuis quæstio-  
 bus, eo. tit. sed etiam in eo, cuius pronunciatum, aut sententia  
 acquiescendum erit, verbi gratia. Statuto cauetur, vel po-  
 tium etiam confensu, quod simplici nunciij verbo creditur,  
 ille quidem prius iurare oportet, aliàs nequaquam et cre-  
 dum erit, vt pulchrè Ang. prodidit, in l. si vacatia, col. 3. de  
 hon. vac. lib. 10. cuius opinioni concuunt, Mari. Secun.  
 qualiter & quando, 2. in 7. qu. 9. qu. principalis de accu-  
 Felin. in c. significasti, 1. in fi. de homic. & in c. quia iudice  
 te, colum. 1. de prescrip. accedant ad hoc, que idem Ang. Pau.  
 Castr. & alij voluerunt in l. de pupillo, §. qui operat. ff. de  
 nou. oper. nunc. vbi\* quando alicuius conscientie aliquid im-  
 mittitur, vt sepe à principe fieri solet, ad hoc, vt sententia  
 valeat, ante illius pronunciationem, quod ita eius conscientia  
 dicitur, iurare ille obstringitur. Et adeo de testibus necessa-  
 rium est iurandum, vt ipsi\* ante quam testimonium pre-  
 bibeant, iurare teneantur, aliàs irrita eorum erit depositio  
 d. l. iurifurandi, cum alijs in prin. alleg. quod tamen sub-  
 telligendum erit, nisi confestim postquam deposuerint iure-  
 rent, vt placuit Bald. ac Pau. in d. l. iurifurandi, atque Felin.  
 in d. c. de testibus, & in c. fraternitatis, num. 2. extra de testi-  
 quanquam in hoc aduersantur Cyu. & Salicet. in d. l. iurifurandi,  
 & Balu. sibi met. contradicens in dict. c. fraternitatis  
 in 4. not. tum etiam Anto. & Abb. in dict. cap. de testibus.  
 Caterùm Felin. post Maria. ibi, se d. de distinctionibus, pugnan-  
 tes opiniones concordat. s. aut sponte, vel ad iudicis interro-  
 gationem post ipsam depositionem testes iurauerint: prius  
 casu, vt prior procedat opinio, in posteriore verò, posterior,  
 super qua controuersia, vide as Ias. in re. p. l. admonendi, num.  
 37 192. ff. de iur. iur. & ibi\* nu. 191. nunquid iuramentum sit  
 de forma, vel substantia testimonij, & vide ibi Rip. nu. 194.  
 ponentem reg. cum ampliationibus atque limitationibus.  
 Huc spectare videtur, quod Augu. Ancom. scriptum reliquit  
 38 in tract. de potest. Eccl. s. q. 55. art. vlt. Pontificem\* non pos-  
 dige

dispensare, quòd testis in ferendo testimonio iurare non de-  
 beat, & hoc quidem ex eo, quia iuramentum in teste de iure  
 diuino est, vt legitur, Genesios c. 51. quod certè pronunciatum  
 magnificat Felin. in cap. constitutus, colum. 3. de rescript. &  
 Marfi. quoque sing. 214. ad validitatem dicti testis, vbi ab-  
 unde loquitur. Qua de re Cur. legas in tract. de iura. calum.  
 §. sed num. 9. & Ioan. Bapt. Perus. in tract. de arbit. lib. 10. c.  
 10. nu. 12. qui \* & iuramentum calumnie etiam de iure na-  
 39  
 turali esse, & à legis latore Mose traditum asseuerant, vt  
 Exod. cap. 22. & c. si Christus, de iure iur. Non immeritò er-  
 go Athenienses testium iniuratorum testimonium non ad-  
 mittebant, vt iam à nobis dicendum erit. Quod quidem & a-  
 pud Romanos etiam obseruatum legimus, apud quos solus  
 Flamendialis perpetua lege iuramentum prestare vetaba-  
 tur, qui si quando in magistratu assumptus, per leges iurare te-  
 nebatur: per alium, qui vicè illius ageret, iurabas, & ita in  
 leges iurare cogebatur, veluti scribit Alex. ab Alexandro in  
 Genia. lib. 5. cap. 10. Ceterum, \* & si testis iniuratus regu-  
 40  
 lariter non probet, attamen presumptionem facit glo. in cap.  
 cum olim. 1. de privileg. tex. in c. cum olim, vbi Abb. in 3. no.  
 de do. & contum. Alex. consi. 24. animaduersis libr. 2. Mar-  
 fl. in l. marito, col. 2. ad fin. de q. & Felin. in d. ca. tuis que-  
 stionibus, numero 2. & ibi num. 5. sex tradit limit. in quibus  
 testis non iurati dictum valet. Qui quidem testes die feriata  
 ad Dei honorem iurare non possunt; licet testimonium, si alia  
 die non feriata iurauerint, ferre valeant. Gloss. in clemen. 1.  
 de offi. deleg. Abb. in c. 1. col. fin. de fer. & Gomes. in c. mulie-  
 res, nu. 41. dn. iudic. in 6. Quod quidem iuramentum testibus  
 prestitum fuisse, apparere debet, aliàs in dubio neuiquam  
 iurati presumuntur. si Bar. credimus in l. Theopompus, ff. de  
 dote prelega. etiam si Notarius scripsisset testè iuratum &  
 examinatum testimoniū perhibuisse. Sed hac in re licet Bar.  
 nonnulli sequantur, tamen contra eum est communis scri-  
 bentium opinio, quòd si id notarius scripserit, presumatur,  
 testem

Com. opi.

testem

testem iuratum dixisse, ita Alciat. in tract. p. c. sump. reg. 3. nu. 4. cui ad stipulatur Couar. lib. 2. variarum res. c. 1. p. 1. num. 2. Nicol. Anton. C. uat.

**i** Etiam si card. &c.) Adde c. nuper, & c. licet vni-  
 fis. de test. rex. in l. iurifur. C. eo. vbi testes, quamvis iu-  
 rate resurgant, iurati testimonium dicere debent, vide in  
 in l. admonendi, num. 194. ff. de iure iur. & Crot. in tr. de  
 test. nu. 227. Nic. Ant. Graua.

**k** Ut non alias.) De iure clerici \* cum eorum testi-  
 41 nia veritatis perhibent, tactis scripturis iurare tenentur,  
 vlt. de iuramen. cal. & si aliter obseruet consuetudo, ut  
 sufficiat coram eis sacrosancta euangelia tantum proponi,  
 luti Doct. in d. c. tradunt, & gloss. in elem. 1. de homic. & in  
 elem. 1. §. porro, de heret. vbi Card. Doct. in cap. nuper de  
 testib. & Specu. titu. de teste, §. 4. & 7. in fin. Nico. Anton.  
 Grauatius.

**l** Rursus finge.) Iuramentum \* testibus posse a parti-  
 42 bus remitti, proditum est à Feli. post alios in c. 2. in quibus  
 nibus, nu. 5. de test. & non vno in loco à Ias. vi in l. nemo pro-  
 test. nu. 26. cum seq. de leg. 1. in l. reprehendenda, num. 36.  
 de instit. & subst. sub cond. & in rep. l. admonendi, nu. 194.  
 ff. de iure iur. vbi Rip. nu. 199. & ab Affl. decis. 191. num. 7.

**Com. opi.** Sed hoc sanè intelligendam erit, ut iuramentum relaxari  
 possit, s. expresse, nam tacite non sufficeret, ut Feli. animal  
 uertit, qui de communi opinione testatur in d. c. 2. in quibus  
 nibus, nu. 6. apud quem nullas videbis fallacias, in quibus  
 iuramentum remitti nequaquam potest. Quinimo & in  
 stius iuramenti relaxatione utraque pars consentire debet,  
 nam illius tantum, contra quam testes producuntur, non suffi-  
 ficat consensus, ut per Ioan. Andr. & Abb. in d. c. 2. in quibus  
 Ias. in d. l. admonendi, eodemque num. vbi etiam num. 197.  
 disputat, an iudex dissentire possit, & à testibus iuramenti  
 non obstante, quod à partibus illud remissum fuerit, exi-  
 43 re. Et quemadmodum \* partes testibus iuramentum relaxari  
 re quoniam

re queunt, ita etiam una pars alteri illud remittere valet, Afflic. decis. 20. numero 5. nam licet iuramentum sit de forma, ut eo deficiente, dictum testis corruat, l. iurifurandi, C. de test. & supra prelibatum fuit, attamen hæc forma ipsarum partium fauorem principaliter respicit, & fauori suo quilibet renunciare potest. l. vlt. vbi omnes, C. de pact. Quam obrem, cum de alicuius integritate, illiusque spectata fide atque testimonio confiditur, iuramentum facile remitti potest, veluti de Xenocrate legitur, cui tanta fides habita est, ut cum nullius iniurati admitteretur testimonium, illi soli Athenienses remisissent iurandum, iniuratoque crediderunt, ut Domit. Brus. lib. 6. testatur. At nostra quidem tempestate Xenocrates non reperitur, nec, qui testis nomine dignus esset. Ex Iouis namque tabulis, testis apud Græcos dicebatur pro certo indubitabilique, item Atticus testis, ut Domit. Brus. eo loci. Sed pro dolor, plerique omnes iurifurandi sanctam illam religionem contemnunt, quæ maxima potissimaque apud omnes homines esse debet, teste Demosth. contra Aristo. cuius quidem iurifurandi obseruantia custodiatur quanta apud Romanos fuerit, ex Gell. legere licet, lib. 7. c. 18. Nico. Anto. Grauatius.

Nisi etiam.) Testes \* pro vtraque parte, ac tota super causa iurare, vel veritatem dicere tenentur, ut per Host. in summa, titu. de test. num. 5. Accurs. & Bart. in auth. sed iudex, C. de episc. & cleric. Bald. Ias. & iuniores in l. 2. C. de eden. glo. in cap. fraternitatis, de test. Riminal. in l. si de certa, colum. l. C. de transact. & Ioan. Neuz. in sua syl. nupt. titu. iudic. pro commu. nu. 119. Hinc discant testium examinatores, quorum magna est prouincia, ut integra testium dicta scribere curent, cum contingeret testes ipsos partim probare, partim verò pro reo testimonium veritatis perhibere. Nec agant, ut nonnulli inuersam habentes conscientiam, quòsolum ea scribunt, quæ ad testes producentis fauorem tendunt: quod perniciosius est, criminarijs in causis malum

hoc agunt, ea tantum adnotantes, quae pro fisco faciunt, cum ad informationem (ut dicunt) testes examinant, non videntes miseri, quod dicitur reo defensiones sic subrahant, ipsorum regno priuantur, iure ergo Carolus Imperator, cum minis quintus in regno Neapolitano pragmatico sacra cauit, incipiente. Item, quia nobis, quod integra testium confitio etiam contra fiscum scribi debeat, & contrarium factum testes pœnis subijci statuit. Nicolaus Antonius Grauat.

**n** Quo casu. Vide commentatores in l. si illos patroni, & idem Iulianus ff. de iureiur. & in l. si quis libertatem petit, hered. atque Gram. decis. 103, num. 80.

**o** Insuper dicimus. Huc pertinent, quae Bald. adnotauit in titu. de pœn. const. in ver. secundum mores & leges.

**45** ubi, quod \* notarius in partibus etiam assentientibus, sine iudicis presentia, ipsius aut mandato, nec dicta testium, nec iuramenta recipere potest, idemque voluit in addit. ad Spec. titu. de test. colum. vlt. versi. nunquam reperitur, & iterum in Lud. C. de sacros. eccles. & in l. interrogatam, C. de lib. cau. vterque etiam Imo. hoc idem voluit in l. acta, ff. de re iud. & Fel. in c. quoniam contra, col. 7. de prob. Hinc satis eleganter dixit Luc. à Pen. in l. instar, C. de iure ff. lib. 10. quod

**46** obligatio penes acta curiae, iudice absente, à notario recepta non valet. Cui ad stipulatur Affli. deci. 135. & in suis etiam notarijs super cōsti. reg. Neap. in cōst. Magistri camerarum 12. not. & in const. Cor di nobis, vtrouque in pen. colum. & quod ipse tabelio, absque iudicis mandato, testes examinare potestatem non habeat, tradunt Affli. deci. 317. numer. 5. & decis. 245. num. 8. Boer. decis. 258. Marfi. in l. par. nu. 18. ff. de quest. & Doct. post Bart. presertim l. ad admonendi, numero 183. cum sequen. & Rip. numer. 90. ff. de iureiur. vbi cumulare materiam pertractatam videtur. Et huius rei illa est ratio, quia ad officium iudicis spectat testes interrogare, eosque diligenter examinare. Et hoc temperandum sit, ut ibi, nisi notarius testes in materia

articulo existentes examinaret, aut si remoris in partibus  
 commorarentur, adeo quod periculum in mora esset expecta-  
 tio, quo casu absque iudicis commissione illos examinare pos-  
 set: non tamen ut plenam facerent fidem, sed aliquam tan-  
 tum presumptionem, quod etiam voluerunt But. in cap. fin.  
 de iureiur. & Rom. in l. si verò, §. de viro, in §. 4. fall. ff. so-  
 lut. matrim. nec hinc longè abest, quod gloss. tradidit in cap.  
 pastoralis, in ver. mortis, de offic. ordi. & in cap. 2. in gloss.  
 ultim. de pœn. & remis. in 6. vbi propter necessitatem lai-  
 cus laico confiteri potest. Vides ergo absque iudice, vel ipsius  
 iussu, tabelliones regulariter dicta testimonia recipere non pos-  
 se, nec etiam extra iudicium testes examinare, quod si secus  
 factum fuerit, irritum erit, vt Ias. citato loco num. 134. post  
 Bart. ait. Nec ipsi notario, si à iudice mandatum exami-  
 nandi habuisse attestaretur, credendum est, cum commissio  
 per alium notarium, non per ipsummet scribi debeat, vt do-  
 cent Host. Ioan. Andr. alijque in cap. quoniam contra, de pro-  
 bat. Alex. consi. 212. viso lib. 2. & consi. 104. circa primum,  
 in su. libro 5. vbi hanc opinionem communem esse affirmat,  
 & consi. 212. pondera. colum. 4. vers. præterea, lib. 6. Marfi.  
 in l. de minore, §. plarium, ff. de quæst. Guid. Pap. decis. 126.  
 & Afflict. d. decis. 317. vbi sic determinatum fuisse testatur,  
 quicquid è regione nonnulli voluere, inter quos est Barth. in  
 l. ex sententia, ff. de testamen. attamen à communi sententia  
 nequaquam recedendum est, de qua etiam meminit Curtius  
 consi. 166. num. 3. Quinimò, & fortius, nec confessionem abs-  
 que iudicis licentia tabellio recipere valet, vt Baldo, qui  
 velle vnquam sententiæ defuit in præcitatis add. ad Spe-  
 cul. placuit, ea nempe ratione, de qua supra commemori,  
 cum recipere testimonium ad iudicem spectet, scribere verò  
 ad tabellionem, & huic opinioni consentiunt Iason in dicta  
 l. admonendi, numero 184. alijque, per ipsum citati, atque  
 Affl. d. decis. 245. nume. 8. pro qua accedat tex. in l. quinquaginta, ff. de probat. & in l. eos, & l. si quando, C. de test. vbi

47

48

Com. opi.

49 probationes iudici faciendæ sunt, ut Mars. quoque profertur in l. 1. nu. 6. ff. de quæst. vsque ad eò, \* quòd si testes in notario (absente tamen iudice) falsum deposuerint, falsi nequaquam tenerentur, ut testis est Bart. in l. si quis p. tum. ff. de fals. cuius sententia inimitur Ang. in l. 1. C. de p. pul. viol. Ceterum, \* cum temperamento intelligas, confessionem coram solo notario factam non valere, ad faciendam plenam probationem, secus verò quòd ad aliquam, ut Affl. d. decis. 245. nu. 8. Accurs. Alber. Bal. & Sali. in l. libentis. C. de liber. cau. idemque Abb. in l. si sine. §. 1. ff. de inter. act. & Tiraquell. de vtroque retr. §. 36. in glo. 2. nu. 54. & conferunt etiam dicta per Affl. decis. 324. nu. 15. quoniam in alia facti specie loquatur. Nicol. Anton. Grauat.

P Hodie propter. ) Ceterum \* ubi iusta causa non habet, 51 esset, testium examen committi non potest, præsertim in aliis causis. Ange. in tracta. mal. f. in verb. qui iudex statit terminum, numer. 25. & Mars. in praxi. §. nunc videndum, numer. 30. vide auctorem in seq. cap. in ver. at ubi, & quæ loci diximus sub lit. B. Nic. Anto. Graua.

9 Nihilominus. ) Regulariter, testes \* in iudicio iurati 52 testimoniumque proferre tenentur, l. 3. §. Sabino, ubi Alex. ff. de test. & supra etiam diximus, nisi persona egregie infirme, senio confectæ, aut honestæ mulieres essent, l. ad egregias, ubi Docto. omnes notant, ff. de iureiur. an. hoc enim in domo, aliove decenti loco examen fieri debet, & tunc, ubi in loco aduersarius ad testium iuramenta videndum citatus est, c. 2. & ibi gl. de iudic. in 6. & Alex. in d. l. ad egregias, quamuis inibi Bar. quòd ad honestas mulieres, absque per citationem eas examinari posse dixerit, qua de re supra notabil dictum fuit. sub lit. B. in §. lim.

T Ad videndum illos iurare. ) Huc quoque spectant, que supra diximus sub lit. B.

f Et si testis extra diem. ) Eiusdem forinæ est, quod Bar. proditum est, in l. aut qui aliter, & in l. si vitem, §. ubi

ff. quod vè aut clam, & in l. cum non eo die, C. quando prou.  
non est uecess. & à Doct. in c. consuluit, de offi. del. vbi\* sen- 53  
tentia die & hora, ad quam pars citata fuit proferenda est:  
aliàs si antè, vel post proferetur, nullum quidem robur habet.  
ter, ac si nunquam pars citata fuisset, Nico. An. 10. Grauat.

Et ad dandum interrogatoria. ) Dilatio\* ad dan-  
dum interrogatoria, non datur nisi petenti, Specu. tit. de test. 54  
§. iam de interrogatorijs, col. 1. Que fieri solent, vt testes va-  
tillent, aut in aliquo ex illis decem prædicamentis varient,  
que acutè & subtiliter Bal. adnotauit, in l. testium, C. de test.  
& Spec. præcitato loco. Quorum\* quidem interrogatoriorum 55  
exemplum aduersario nequaquam conceditur, ne testes exa-  
minandi ad falsitates instruantur, vt Abb. & Felin. tradunt  
in c. per tuas, nu. 10. de test. Alex. & recentiores in l. 2. C. de  
eden. Compilator For. var. commiss. pag. 12. col. 4. & c. seq.  
& For. Aduoc. fol. 10. & 13. & 14. Sed vnum non præter-  
mittam, quod\* si iudex super interrogatorijs testes interro- 56  
gare omiserit, non ob id examen inefficax redderetur: verùm  
parti facultas remanet faciendi, vt testes super interroga-  
torijs, etiam facta publicatione in causa repetantur, ita consul-  
tas Alex. respondet conf. 174. col. pen. lib. 2. & iterum conf.  
41. in fi. lib. 4. facit rex. in c. cum clamor, & in cap. per tuas,  
quodque vtrobique notatur, de iudic. Sic etiam super articu-  
lo omisso, si testes minimè examinati fuissent, possunt facta  
publicatione repeti, Spec. alleg. loco. §. nunc videndum in fin.  
Nico. Anton. Grauatius.

Qualiter materia. ) Huc accedant, que præcedentis 57  
libri c. 14. diximus sub litera A. & que in Form. term. ad-  
notantur, fol. 46. ver. & protestationi.

Qui ex obseruantia. ) Vide que in præcedentis libri 58  
cap. 2. sub lit. F. adnotauimus.

Mos tamen. ) Et si\* vsu receptum sit in iudicijs, vt sa- 59  
cro sanctum euangelium testibus ad iurandum non propona-  
tur sed qualibet scriptura, vt auctor hic ait, attamen in mag-  
nis

nis causis cautum est, super sanctum euangelium iuramentum deferre, vt à Bald. docemur in cap. 1. §. item sacramenta pacti iur. firm. cui Felin. consentit in alleg. hic c. fraternitas num. 23. & in c. tuis questionibus, nu. 10. de test. vbi cum

58 \* tradit, an validum sit iuramentum super cruce, aut scripturam reliquias, aut ipsius iurant's animam. vide Feder. Sic. in tract. de test. nu. 5. & Ias. in auth. sacramenta, nu. 14. l. p. aduer. ven. Nico. Anto. Grauat.

2 Dum tamen.) Testes \* si in termino iuramentum pro-

59 stiterint, post terminum, deinde iure examinari possunt, l. in fin. ff. de bon. pos. ex test. mil. Bar. & reliqui in l. Lami §. Sabini, ff. de dam. infect. Felin. in c. licet causam, in d. l. mit. de proba. Afflict. in const. reg. Neap. Lite legitime not. Rom. const. 444. & Maran. qui ita vsu in iudicio receptum esse ait, in praxi in 6. par. ver. dilatio, num. 39. & Flor. in sequenti cap. versi sed dubium est, non tamen post publicationem in causa examinari possunt, vt per Afflict. in const. lite, 13. no. nu. 20. in fin. & Capic. decis. 90. nu. 3. Quod sanè intelligas, quando simpliciter terminus probatorius

60 partitus fuisse secus \* verò si iudex dilationem ad probandum, & probatum habendum, seu examinari faciendum distulisset, tunc enim infra terminum, ne dum testes iurare, sed eorum dicta perhibere tenentur, veluti citatis in loci dilaturatur, & per Bald. const. 133. lib. 5. & Soc. const. 47. lib. 4. Bald. & Angel. in l. Antistius in prin. ff. de acq. hered. l. 2. bat. in add. ad Bald. in l. si quando in lit. B. C. de test. Prax. Papien. in form. opp. contra testes post publ. nu. 16. & l. de micus const. 108. nu. 5. vbi huius rei rationem assignat, nu.

61 8. quia \* hec dilatio vim conclusionis habet, & traditur per Alexan. const. 101. lib. 3. atque Afflict. in citata const. Lite no. num. 13. quam quidem dilationem apud probatum habendum iudex non solè præfigere potest, sed etiam omnes terminos vnicò contextu (ex causa tamen) s. ad articulos ponendum, capitulandum, producendum, & probandum, vt

Ita scribit in l. *properandum*, nu. 14. C. de iudic. Verum cum temperamento intelligas, non procedere in testibus, qui longinquus in partibus degant, ad quos terminus ad probandum habendum, siue examinandum non extenditur, ut animaduertit libellorum architector ille Papien. in sua praxi in for. product. instr. in verb. in termino, nu. 3. nec etiam in criminalibus causis, in quibus (ad defensionem tamen) post terminum testes admittuntur, ut per Aret. in cap. fraternitatis, de test. Felin. in cap. cum clamor, eo. tit. & abunde per Marsi. in praxi, §. sequens, num. 2. cum sequ. & passim iam occurrit apud eos legere, qui criminarias causas scripsere. Nico. Ant. Grauatius.

Ceterum.) Huc vergit, quae supra sub lit. A. diximus.

Et quando inducuntur.) Ceterum\* si aduersus testes examinandas inimicitia capitalis obijeretur, eamque obijciens illico probare se offerat, illi certe examinari nequaquam possunt, nec debent, ut in auth. si dicatur, C. de test. ubi Bart. Bald. Salic. & alij, quod & in consanguineis, domesticis, notoriisque criminosis etiam procedere, ut à principio talis exceptio eos repellat, Ioan. Andr. Abb. & Felin. tradiderunt in c. ex parte, de test. Verum si altiore indaginem res exigeret, reseruandam esse exceptionem, post publicationem in causis censuerunt, alias minime, quibus consentit Gram. decis. 45. numo. 15. & hanc opinionem tenendam esse, Barr. in d. c. ex par. testatur, quem sequitur Gram. decis. 86. num. 1. cum seq. ubi hac de re latius. Animaduertendum tamen erit, quod non sufficit, in vniuersum, & generaliter inimicitiam opponere, sed causas exprimere, necesse est: alias incassum opponeretur, veluti in citata decisione Gram. docet, qui ad rem multas congerit auctoritates. Nicolam Anton. Grauatius.

Sed pars dicit.) Opponere\* aduersus testes plurimi refert, ne eos approbare videamur. Hinc praxis inoleuit, ut tempore, quo aduersarius ad testium iuramenta videndum

a

b

62

c

62

tatur, hanc in ipsos testes protestationem faciat, teste Bull.  
 in l. si quis testibus, C. de test. & Maran. in praxi in 6. par.  
 in 13. actu, numer. 2. Verum te admonitum esse velim, hoc  
 protestationem passim omni in causa fieri, oportuam fore  
 non esse: nisi, ubi testes reprobare necessum fore prospiciat,  
 ut eleganter Fel. docet in c. presentium, vlti. not. de test. et  
 nempe ratione, nam postquam contra testes protestatum fuerit,  
 tibi fidem eis adhibere nolle, tum declaras animum. Fidei  
 in tui fauorem eos forte fortuna quid deponere contigerit,  
 tibi esse inuamento nequaquam posset. Hinc Compilator lib.  
 Formularij commiss. fol. 6. sub rubr. de public. nos admonet,  
 quando testes producuntur, ut aduersus eos nihil protestemur,  
 sed tunc quidem, postquam eorum testimonium veritatis  
 perhibuerint, dummodo antequam ipsorum testimonium  
 dicta publicari petatur. Qua de re vide Lanfranc. in 1. q. 2.  
 quoniam contra, in verbo testimonium depositiones, nume. 78. de  
 probat. ubi post Imo. in dicto cap. presentium distinguit,  
 quod aut qui contra testes protestatur, protestatur reprobandus,  
 ita quod obtinuit, aut succubuit: & tunc illius testimonium  
 etiam nihil sibi prodest. Aut stetit in meris finibus protestationis,  
 & tunc aut testis est integer & honestus, ita, quod  
 verisimile non sit, aliquid ad libitum producentis dixisse,  
 nec ob timorem, & tunc dictum testis proderit, atque valebit,  
 & hanc esse communem sententiam affirmat, vide etiam  
 Com. opi. go eum affatim loquentem. Nonnulli tamen illa rancore  
 cautela, dum contra testes protestantur, quatenus contra de  
 ponerent, & non aliter. Sed hanc cautelam nullius esse ma-  
 menti arbitror, per ea, que Doct. tradunt in cap. cum olim,  
 de cens. & Gram. decis. 103. nume. 154. nam aduersarium pro  
 parte instrumentum acceptare, & pro parte impugnare non  
 potest, & protestatio actui contraria etiam esset, que non  
 valet, cap. sollicitudinem, in fin. de appell. Barto. in l. 1. co-  
 lum. pen. C. de lit. contest. & in l. qui aliena, §. vltim. ff. de  
 acq. heredit. Caterum ante publicationem in causa hanc  
 prote-

**Com. opi.**

protestationem fieri necesse est, si testes deinde reprobare velimus: alias eos reprobandi nobis via praecluderetur, dict. cap. presentium, nisi aliquibus in casibus, ut puta, si post publicationem, testium defectus innotuerint, aut si iureiurando affirmetur, non animo frustrationem & calumniam inferendi, testium reprobationem peti, ut dict. c. cauetur, & eod. loci interpretes explicant. Nic. Aut. Grauat.

Reliqua.) Adde vtrunque Form. aduocatorum. s. & Vari. Commis. illud pagina 10. cap. 13. hoc autem pagina 13. column. 2. sub rubr. de modo excip. verum cumulatissime hoc de re videbis apud Spec. tit. de test. & Albe. in in tract. simili de teste. Nicolaus Antonius Grauatius.

De remissione ad partes, ac illius processu  
& exequutione.

## C A P. V L T.

## S V M M A R I V M.

- 1 Litera remissoria de audientia testium absentium dantur, fallit tamen criminatorijs in casibus, nonnullis & etiam casibus, & nu. 11. & 16.
- 2 Litera remissoria ad audiendum testes non conceduntur in attentatis, nec in spolio, sed quid in beneficialibus in scripturarum recognitione & testium repulsa?
- 3 Litera remissoria semel concessa, an iteram dentur.
- 4 Remissoria testium quando dari possit, & an debeat iurare, qui remissoriam petit, quod non animo frustrandi aduersarium facit.
- 5 Dilatio data pro expeditione remissoria, an prorogari possit?
- 6 Remissoria testium an ante litis contestationem detur?

D d 5

7 Litera